

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

Luxemburgi, 1740

LXXXV. Indulg. plen. pro Ecclesiis Ord. Præd. die Festo Omnis
Sanctorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](#)

ANNO
1726.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

205 ANNO
1726.

LXXXIV.

Erigitur nova Provincia in Regno Poloniae pro Fratribus Discalceatis SSmae Trinitatis Redempt. Capt. Congregationis Hispaniarum.

Alia hujus Conf. ed. 1725. Jul. 9. P. 2. declaratus fuit Ordo B. M. V. de Mercede Redemtionis Captivorum unus ex Ordinibus Mendicantium.

Dat. 21. Jan.
1726. An. 2.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Admonet Nos suscepit cura regiminis universalis Ecclesie, ut paternam Christifidelium, qui de sanctis Seculi in portum vite religiose configuerunt, curam gerentes felici illorum regimini, prospere in via Domini progressibus, quantum Nobis ex alto conceditur, consuleremus.

Causa Ere-
ctionis Pro-
vincie.

S. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Michael a S. Josepho Procurator Generalis Ordinis Fratrum Discalceatorum SSmae Trinitatis Redemtionis Captivorum Congregationis Hispaniarum, quod cum praedictus Ordo per Regnum Poloniae & Magnum Ducatum Lituanie feliciter benedicente Dominino propagatus repriatur, ita ut in dictis Regno, & Magno Ducatu, & in eorum praecipuis Civitatis plures Conventus, in quibus regularis obseruantia vigeat, & Institutum Redemtionis Captivorum cum magna Populorum ædificatione mirifice floret, numerentur, ipse Michael Procurator Generalis ex omnibus Conventibus intra dicti ejusdem Regni Poloniae existentibus unam Provinciam, pro cuius gubernio in proximo generali Capitulo iuxta regulam, & Constitutiones dicti Ordinis unus Minister Provincialis eligatur, qui eadem Jurisdictione, prerogativis, & privilegiis potiri debet, quibus de jure, & consuetudine ceteri aliarum Provinciarum ministri Provinciales gaudent, summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgeri de benignitate Apostolica dignaremur.

Preces Pro-
curatoris
Gener.

S. 2. Nos igitur ipsum Michaelum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentia a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima quibus quomodolibet innovatus existit, ad effectum praestantium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore carentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalem negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium, qui relationem dilecti filii moderni Auditoris Venerabilis fratraris Vincentii Archiepiscopi Trapezuntini nostri, & Apostolice Sedis apud Charissimum in Christo filium nostrum Augustinum Poloniae Regem Illustrem Nuncii super praemissis ad eosdem Cardinales transmissam viderunt, & narrata attenderunt, consilio, praedictam Provinciam ex octo formalibus Conventibus compositam sub titulo Sancti Joachim B. M. Virginis Genitoris auctoritate Apostolica tenore praesentium erigimus, salvatamen semper in praemissis auctoritate Congregationis praedictorum Cardinalium.

Erectio
prædicta Pro-
vincie S. Genuinis
composita
sub tit. S.
Joachim.

Claufulæ.

S. 3. Decernentes eadem praesentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabat plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicutque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caularum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irri-

tum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter conetur attentari.

S. 4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit Ordinis, & Congregationis Trinitariorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum inseritis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXII. Jan. MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Extenditur in perpetuum Indulgentia plen. pro Ecclesiis Ordinis Prædicatorum die Festa Omnia Sanctorum.

Clem. XI. Conf. ed. 1713. Jan. 13. P. 13. concessa fuit Indulgentia Plen. perp. pro Ecclesiis ejusdem Ord. in Festa S. Pii V. Et hujus Conf. ed. 1726. Febr. 6. P. 2. Conceditur indulgentia Plen. perp. pro septem Feriis sextis præcedentibus Festum S. Vincentii Ferrerii.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Ad perpetuum rei memoriam.

S. 1. **A**lias fel. rec. Clemens PP. XI. Prædecessor Noster supplicationibus quondam Antonini Clohe, dum vixit Magistri Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum sibi super hoc humiliiter porrectis inclinatus, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere penitentibus, & Confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum, & Monialium Ordinis Sancti Dominici ubique locorum existentibus, die nona Novembris, qua solemnitas, seu commemoratione omnium dicti Ordinis Sanctorum ex Indulso Sedis Apostolicae celebrari solet, a primis Vesperis usque ad occasum Solis diei hujusmodi singulis annis devote visitasset, & ibi pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatio, ac S. Matris Ecclesie exaltatione pias ad Deum preces effudisset, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concessit, prout in ejusdem Clementis Prædecessoris desuper in simili forma Brevis die 12. Decembris 1716. expeditis literis, quas ad decennium tantum valere voluit uberioris continetur.

S. 2. Nunc autem Nos dum Cardinalatus honore fungebamur, memores, Indulgentiam hujusmodi pro prima vice a fel. me. Clem. PP. XI. Prædecessore pariter Nostro, tunc ad 25. annos pro omnibus Ecclesiis supradictis obtinuisse; precibus dilecti filii Thomas Ripoll Magistri Generalis Ordinis prædicti nobis humiliiter porrectis, uberiori paternæ charitatis benignitate annuentes, concessionem ab eodem Clemente XI, ipsaque literas, servara tanquam ceteroqui illarum forma, & dispositione, in perpetuum auctoritate Apostolica tenore praesentium extendimus, & ampliamus, ac perpetui futuri temporibus valere volumus, & decernimus. In contrarium facien. non obstan. quibuscumque.

S. 3. Volumus etiam, ut praesentium literarum transmisstis, seu exemplis, etiam impressis

LXXXV.

Dat. 24. Jan.
1726. An. 2.

A Clem. XI.
Indulgen-
præd. eisdem
in decen-
nium conce-
fa fuit.

Extenso in
perpet. præd.
Indulg.

ANNO 206
1726.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

ANNO
1726.

manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Darum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIV. Jan. MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LXXXVI.

Mandatur, servari Constitutiones Apostolicas in favorem Canonicorum Regularium S. Antonii Abbatis editas.

Hujusmodi Constitutiones hic referuntur.

Dat. 3. Febr.
1726. An. 2.

BENEDICTUS EPISCOPUS.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

AD Apostolica Dignitatis apicem, meritis licet imparibus, Divina dispositione evecti, ea, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris ad favorem Ordinum Regularium quorumcumque pie, provideque emanasse dicuntur, ut firma, atque illibata permaneant, Apostolici munimini patrocinio cum id a Nobis petitur, libenter constabimus.

S. 1. Exponi liquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Canonici Regulares Ordinis Sancti Augustini habitus S. Antonii Abbatis nuncupat, ac etiam Felix Soler illorum Præceptor Generalis, necnon Commendatores, & Superiores Domorum omnium, & Hospitalium dicti Ordinis, ac Præceptores in Regnis Navarræ, Aragoniæ, Catalonia, Valentia, Majoricæ, Minoriæ existentes, quod ad magis confovanda pietatis opera, eorum Ordini a prædictis Romanis Pontificibus nempe Bonifacio VII., Clemente V., Innocentio VI., Gregorio XI., Joanne XXII., Martino V., Eugenio IV., Calisto III., Sixto IV., Innocentio VIII., Leone X., Clemente VII., Paulo III., Gregorio XIII., & Clemente VIII. in eorum Constitutionibus quamplurima Indulta, & Privilegia concessa.

S. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungetur iidem exponentes, ne eadem Constitutiones, & Privilegia in posterum ullam exceptiōnem pati possint, pro majori robore, & observantia, & ad consulendum perpetuæ quieti, & tranquillitati Ordinis prædicti omnium eorumdem Romanorum Pontificum Prædecessorum Constitutionum ad favorem dicti Ordinis Sancti Antonii Abbatis emanatarum, ut præfertur, ac singulorum Priviliegiorum in illis contentorum, & præsertim illius Clementis PP. VII. circa quæstionem privativam erigendi Altaria ejusdem S. Antonii Abbatis, illisque, quæ incipit Ratione congruit &c. a Paulo PP. III. confirmata, atque ulterius Gregorii PP. XIII. cuius initium -- Romani Pontificis &c. & successive ab eodem Clemente VIII. pariter confirmata observantiam a nobis demandari summopere desiderent.

S. 3. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodat existente ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore carentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliiter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, predictis eorumdem Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutiones omnino juxta petita, dummodo Sac. Concilium

lio Tridentino non adversentur, ac alias ab hac Sancta Sede, eisdem non fuerit specialiter derogatum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium servari mandamus: Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

S. 4. Decernentes pariter eadēm præsentes Literas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suos plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit in futurum in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari debere; Sicque in præmissis per quoquacumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, in contrarium facien. non obstantibus quibuscumque.

Datum Roma apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die III. Februarii MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Clausula.

Conceditur Indulgencie in 7. feriis sextis, præcedent. Festum S. Vincentii Ferrerii pro Ecclesiis Fratrum Ord. Prædicatorum.

Alia hujus Conf. ed. 1726. Jan. 24. P. 2., Extensa fuit in perpetuum Indulgencie plen. pro Ecclesiis eorumdem Fratrum in Feste omnium Sanctorum.

LXXXVII,

BENEDICTUS PAPA XIII. Dat. 6. Febr.
1726. An. 2.
Universis Christifidelibus præsentibus literas inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUM sicut accepimus, in Ecclesiis Fratrum Ordinis Prædicatorum pia erga S. Vincentium Ferrerium, præsertim in septem feriis sextis ejusdem Sancti festum immediate præcedentibus devotio introducta fuerit, prout de præfenti, etiam vigerit:

S. 1. Nos ad eam confovandam, & augendam Fidelium Religioforum, ac animarum salutem caelestibus Ecclesia Thesauris pia charitate intenti: omnibus, & singulis utrinque sexus Christifidelibus vere penitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis dicti Ordinis in una ex prædictis feriis sextis per eos ad sui libitum eligenda devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, heretum extirpatione, ac S. Mitræ Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam felem in anno omnium peccatorum suorum Indulgenciam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

S. 2. In reliquis vero feriis sextis hujusmodi eisdem Christifidelibus vere pariter penitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis aliquam ex prædictis Ecclesiis, ut supra visitantibus, & ibidem orantibus, qua feria prædictarum adegerint septem annos, & totidem quadragesimæ de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitum penitentiæ in forma Ecclesiæ confuta relaxamus Præsentibus ad sepiennium tantum valutis.

S. 3. Volumus autem, quod si pro imperatione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiat, præsentes nullæ sint, quodque præsentium transcriptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibita, vel ostensæ.

Datum Roma apud S. Petrum sub Annulo

Cause con-
cessions.

Concessio
Indulg. plen.
in una ex
prædictis fe-
riis.

Concessio
aliarum In-
dulgencie in
reliquis fe-
riis.

Clausula.

Preces eo-
rumdem Ca-
nonicorum.

Cause pra-
sentis Con-
stitutionis.

Mandatum
obseruandi
prædd.
Conf.

Pisca-